Prières du Soir

Ora pro nobis, sancta Dei genitrix.

Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere: et gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia, et æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Angelus Domini nuntiavit Mariæ, et concepit de Spiritu Sancto.

Ave Maria, etc.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

Ave Maria, etc.

Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis.

Ave Maria, etc.

℣. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Gratiam tuam, quæsumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui, Angelo nuntiante, Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus et crucem ad Resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

Fidinum auxilium maneat semper nobiscum. Amen.

Le saint Sacrifice de la Messe